

< lac>^v mensis in octavi decima pus extitit album. Putredo enim et concoctio contraria, pus autem putredo est, lac vero concoctorum. At libro De elementorum actione Aristoteles πέψει, concoctioni non putredinem, σαπρότητα, sed cruditatem, ὠμότητα contrariam
 5 fecit:¹⁹ *Maturatio est concoctio quaedam.* Et postea: ὠμότης δ' ἐστὶν τὸ ἐναντίον^{vi} *Cruditas vero est contrarium.*

De metaphora autem capite 22. Poetices ita scribit:²⁰ *Bene enim transferre simile videre est.* An non pus colore et consistentia lacti fere simile est? Et medici pus concoctam putredinem vo-
 10 cant. Cur ergo Empedocles recta metaphora non est usus, si haec similia in concoctione, consistentia, colore sunt? Hae sunt Empedoclis criminationes omnes, ad quas diluendas adferre aliquid potuimus, reliquas missas fecimus, quia nec Empedoclis, cuius paucula supervixerunt fragmenta nec aliorum auctorum testi-
 15 moniis uti quivimus.

Anaxagorae defensio [in margine]

Anaxagoram nunc in discussionem vocemus, cui Aristoteles tria huic ultimo Empedocleo crimina similia obiicit, initio 1. De generatione:²¹ *Propriam vocem ignoravit,* generationis scilicet. Et
 20 libro De ente 8. capite 6. quod nescierit loco nominis μικρότητι, parvitate, uti nomine ὀλιγότητι, paucitate, ut oportebat. Et 1. De

¹⁹ πέπανσις δ' ἐστὶν πέψις [corr. ex πέμψις] τις [ARIST. Mete. 380a.11]

²⁰ τὸ γὰρ εὖ μεταφέρειν τὸ {τὸ} ὅμοιον θεωρεῖν ἐστίν. [ARIST. Po. 1459a.7 – 8]

²¹ τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόησε. [ARIST. G C. 314a.13]

^v Tu je vjerojatno ispalo: < lac> – usp. prethodni grčki tekst. Didot prevodi: »Empedocles vero aut non recte putavit, aut non bene vocem translulit, quum de lacte cecinerit: /.../ «

^{vi} ARIST. Mete. 380a.27